UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 163. Aurelianensis a Regis exercitu invasus

urn:nbn:de:hbz:466:1-66444

Visual Library

nenſis ob exiguum ſuorum numerum urbem vi occupando impar eſſet, nec plusquam octo millia peditum, & circiter tria equitum millia recenſeret, hinc Bogentium pedem referre cogitur, ut recentem ibidem militiam Averniæ & Piſtavii conſcriptam præſtolaretur. Exiguo poſt tempore Lutetiam contendit, artibus ſuis Parlamentum ſibi conciliaturus: Hanc in rem Dionyſius Mercator Ducis Cancellarius coram toto Senatorum Collegio verba fecit, atque immodicam Comitiſſæ ambitionem pluribus exaggeravit, Ducis ſui vitæ inſidias fuiſſe ſtructas graviter conqueſtus. Verum Joannes de Vacqueria primus Parlamenti Præſes adeo non ejusdem querelis permovebatur, ut etiam ipſum Ducem adhortaretur, quatenus in Regis obſequium rediret, atque memor eſſet obſequii illius quod ab eo Principis regio ſanguine nati prærogativa depoſceret: Aurelianenſis igitur ſpe ſua fruſtratus, Bogentium redire coactus eſt, ubi nuncium accepit, Regis copias Ductore Trimolio Aureliam verſus progredi.

Beaugency

Mercier

§. CLXIII.

Aurelianenſis a Regis exercitu invaſus.

Bellojovienſis Comitiſſa præſenti rerum

 ſtatui

Sæcul. XV.
A. C. 1484.

ſtatui nihil magis neceſſarium cenſe-
bat, quam ut ipſe Rex adverſus Aureli-
nenſem agmen duceret; certo enim ſpe-
rabat, fore, ut potiſſima copiarum pars
a Duce deficeret, verita, ne adverſus i-
pſum Regem dimicando, in apertæ per-
duellionis crimen incideret: Igitur Re-
gis exercitus Bogentium cingit, prius-
quam Aurelianenſi Duci urbem muni-
mentis firmandi ſpacium concederetur.

§. CLXIV.

Concordiæ pacta Regem inter & Aureliæ Ducem.

Dunenſis Comes, cum Ducis copias Regis exercitu longe inferiores eſſe cognoſceret, facile proſpexerat, rem ad promptæ concordiæ neceſſitatem deductam eſſe, ut ſaltem ultimæ ruinæ periculum evitaretur; quapropter Duci auctor fuit, ut quantocius fecialem ad Trimolium ablegaret, qui cum eo de pace ageret. Annuit Trimolius, unde ad illum Dunenſis Comes mittebatur, qui Ducis nomine de concordiæ legibus paciſceretur. Trimolius, qui id ab aula in mandatis habebat, poſtulat, ut Aurelianenſis omnes, quotquot eum ſecuti fuerant, dimitteret, urbemque Bogentiacenſem Regi redderet; priusquam vero Rex hæc

pacta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN